

Quocirca si adversa adhuc urgente fortuna libertatis vestrae beneficia mihi negari contigerit, cur negentur, in causa quidem certe non erunt irriti inimicorum meorum conatus, qui magis honori meo, quam commodis, fortunisque essent nocumento.

Dominationum Vestrarum

Di VV. EE.

Patavii 26. Januarii 1726. M. V.

Padova 26. Gennaro 1726. M. V.

Humilissimus, Obsequiosissimus, Adhucissimus
Servus, & Subditus
F. HYACINTHUS SERRY.

Umilissimo, Ossequiosissimo, Obligatissimo
Servo, & Subdito
F. GIACINTO SERRY.

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

A

A Nna significat gratiam Domini. IX.

B

B Aronius negat, militem, qui lancea latus Christi aperuit, nomine fuisse Longinum XL.

C

C Ensura Romæ, in *Exercitationes Historicas Criticas* &c. lata, nullam hæresim aut erroris notam Hyacintho Serry inurit. I. Hujusmodi Censuræ, quæ hæresim aut errorem in re præsertim Historica & Critica non proscribunt, usitate sunt in Urbe, & ne minimum quidem lædunt Auctorum nomen ac existimationem. II. Quid perstringatur similibus Censuris. *Ibidem*. Perpauci inter celebriores elapsi sæculi Criticos & Historicos, similes Romanas Censuras effugerunt. III. Liber non alia de causa, nisi quia Romæ proscriptus, Auctorem suum pœnis ac calamitatibus obnoxium reddere non debet. *Ibidem*. Præcipue in Veneta Republica: & cur? *Ibidem*. Insuper, hac tantum de causa, denegari ei non debent publica beneficia; cum & ipsa Romana Curia ad dignitates primarias eos ipsos evehat, quorum libros antea damnarat. *Ibidem*. Hujus veritatis exempla proferuntur. *Ibidem*.

Christus Jesus. Textus Prophetarum de Christi deformitate, commode intelligendi sunt de tempore suæ passionis. XII. In quo sensu ejus Flagellatio ad 40. tantum verbera restringatur. XV. Christianæ pietati consonum non est Bovem, & Alinum socios Christo nascenti adjungere. XXVIII. Nemini licet in Christi Mysteris fingere pro suo arbitrio & somnari quicquid sibi videtur magis ad Christi gloriam conferre. XXXI. Nulla mulier ad Calvaria locum, eundem est comitata, quæ Veronica appellaretur. XXXVII. Miles, qui lancea ejus latus aperuit, non appellabatur Longinus. XL. Statim excitatus a mortuis, primum, & præ aliis omnibus non apparuit Mariæ Virgini, sed Mariæ Magdalene. XLIII. Contemplativi nonnulli sibi invicem pugnant, dum pro arbitrio numerant verbera Christo Domino iniecta, & dum numerum Carnificum Flagellationis minutiorum statuunt. XIV. Male pietati consulant, dum ajunt, Mariam puellulam, vix quartumdecimum annum assecutam, nupsisse Josepho jam seni octogenario, ex priorè uxore viduo, & matorum Filiorum parenti. XXV. Quod si id credunt, ut Sanctissimum Sponsam a quacumque carnalis cum Maria commercii suspitione liberent, immanem ei injuriam irrogant. *Ibidem*.

F

F Abroni (Cardinalis) censura multatum voluit Hyacinthum Serry: & cur? I. Severiorem censuram extorquere non potuit, etsi in ea Congregatione primas partes ageret. *Ibidem*.

H

H eronymus (Sanctus) testatur, Pilatum judicium Romano more tulisse, & verberum pœnam intulisse. XV.

I

I oachim significat præparationem Domini. IX. Joseph. Qui Mariam Virginem puellulam vix quatuordecim annorum eidem octogenario seni nupsisse credunt ac prædicant, ut eum a quacumque carnalis cum Maria commercii suspitione liberent, injuriam ei irrogant. XXV.

Iaias. Celebratissimis hujus Prophetae verbis: *Cognovit Bos possessorem suum, & Asinus præsepe Domini sui, prænunciata non sunt, in spelunca Bethleem, in qua Christus natus est, Bovis atque Asini præsentia. XXVI.*

L

L Onginus. Miles, qui lancea latus Christi aperuit, non appellabatur hoc nomine. XXXIX. Neque antea cæcus, tunc per miraculum visum recepit. *Ibidem*.

Lucas (Sanctus) Evangelii Scriptor, non fuit Pistor, sed Medicus tantum. XXXIV.

M

M aria Magdalena. Omnium prima meruit videre Christum resurgentem. XLIII. Maria Virgo. Mysterium Præsentationis Mariæ Virginis in Templo non negavit P. Serry, sed, refutatis Græcorum Fabellis, quibus deonestatum est, defendit ac explicavit. VII. De nomine tantum Genitorum ejus dubitavit. IX. Ejus corpoream ad caelos assumptionem non negavit. XIX. Imo Ecclesiæ auctoritate, ac Sanctorum Patrum, & Theologorum testimonio, non ut Dogma, sed ut piam sententiam propugnavit. XX. XXI. Matrimonium inivit cum Josepho, non sene octogenario, sed viro ætate florente. XXV.

Muratorius (Ludovicus) scribit, falsa esse quæ de Icunculis Divo Luca adscriptis, de Veronica, alii que id generis innumèris, narratur, de quibus nemo olim dubitabat. XXXVIII.

S

Serry (F. Hyacinthus). Ejus animi moderatio. I. Cur hanc Apologiam Patavini Gymnasii Moderatoribus ob oculos ponat. *Ibidem*. Quod ille in suo libro *Exercitationum*, Christianæ pietati adversa docuerit, calumnia est. V. Ejus adversarii criminantur 1. Quod Mysterium Præsentationis Mariæ Virginis vel negaverit, vel impugnaverit. VI. Hinc querit adversus eum ad Venetum Senatam delata sunt. *Ibidem*. Hanc accusationem resellit. VII. Hoc Mysterium non impugnavit aut negavit, sed defendit explicavitque, refutatis Fabellis, quibus a recentioribus Græcis vitiatum est. *Ibidem*. Hujusce rei testimonium profert. *Ibidem*. Criminantur 2. Quod negaverit, SS. Joachimum & Annam fuisse Deiparæ genitores. VIII. Ab hac calumnia se purgat. IX. Numquam negavit, an qui dicuntur Deiparæ genitores, fuerint revera ejus genitores; sed solum de eorum neminibus dubitavit. *Ibidem*. Criminantur 3. Quod dixerit, Christum Dominum turpem vultu, & deformem fuisse. X. Hæc criminatio falsa, quæ tum ab ignorantia, tum a calumnia suorum censorum derivat. XI. Ex professo negavit hanc, quæ ei obijcit, sententiam. XII. Imo contrariæ sententiæ Auctores oppugnavit. *Ibidem*. Cassiodoro ac Divo Thoma præeuntibus, rejecta utraque æque extrema sententia, mediam ingressus est viam. *Ibidem*. Criminantur 4. Quod pœnam Flagellationis Christi nimium minuerit. XIII. Ipse tamen oppositum asseruit. XIV. In quo sensu restrinxerit Christi Flagellationem ad quadraginta tantum verbera. XV. Criminantur 5. Quod Mysterium Spiritus Sancti super Apostolos descendens immutaverit. XVI. Ast ille nunquam in ea fuit, quæ ei obijcit, sententia. XVII. Imo eandem refutavit. *Ibidem*. Et etiam in ea fuisset sententia, non ideo tamen censura obnoxius esse deberet. XVIII. Criminantur 6. Quod corpoream Deiparæ ad caelos assumptionem negaverit. XIX. Perperam tamen, cum oppositum disertissime ostendat Ecclesiæ auctoritate, nec non Sanctorum Patrum, ac Theologorum testimonio. XX. Hanc Deiparæ assumptionem non propugnavit ut Dogma, sed tantum ut piam sententiam, plurimorum Theologorum auctoritate sussultus. XXI. Adversarii ejus insuper conqueruntur 1. Quod scripserit, S. Josephum, quando cum Maria Virgine matrimonium inivit, non senem fuisse octogenarium, sed virum ætate florentem. XXIV. Verum id quod scripsit Serry, ex Scripturis, & Patribus evincitur. XXV. Conqueruntur 2. Quod docuerit, in spelunca Bethleem, in qua natus est Christus, neque Alinum, neque Bovem adfuisse. XXVI. Verum suam sententiam

tiam luculenter Serry ostendit confirmavitque. *Ibidem*. Argumentum efficacissimum profert in ejusdem sententiae confirmationem. XXVII. Conqueruntur 3. Quod negaverit, Magos Christi adoratores, Reges fuisse, ut vulgo creditur. XXIX. Perperam tamen, cum id egerit Serry tum auctoritate Divi Matthaei, tum silentio Patrum omnium, qui usque ad decimum seculum scripserunt. XXX. Conqueruntur 4. Quod docuerit, Simeonem, qui Christum infantem in ulnas suas excepit, non fuisse Sacerdotem, sed virum *Laicum*. XXXII. At id evidentiissime eruitur ex *Lucæ* capite secundo. XXXIII. Conqueruntur 5. Quod docuerit, Sanctum *Lucam* Evangelistam non fuisse *Pictorem*, sed tantum *Medicum*. XXXIV. Id autem rationibus adeo evidentibus evicit Serry, ut nullas responsioni sit locus. XXXV. Conqueruntur 6. Quod asseruerit, inter mulieres, quae Christum ad *Calvariae* locum comitatae sunt, nullam fuisse nomine *Veronicam*. XXXVI. Sed sententia Serry est vera eruditorum omnium sententia. XXXVII. Eaque confirmatur auctoritate Summorum Pontificum Nicolai IV. Clementis VI. & Gregorii XIII. *Ibidem*. Necnon clarissimi Muratorii. XXXVIII. Conqueruntur 7. Quod negaverit, Militem, qui lancea latus Christi aperuit, nomine fuisse *Longinum*. XXXIX. Item, quod cum antea caecus esset, aqua & sanguine ex Christi latere erumpente,

& in oculos saliente, visum receperit. *Ibidem*. Utrumque falsum est. XL. Conqueruntur 8. Quod negaverit, Christum a mortuis excitatum statim, & primum prae aliis omnibus *Mariae Virginis* apparuisse. XLI. At sententiam suam probat auctoritate Sacrarum Scripturarum, Ecclesiae, & Sanctorum Patrum. XLII. Styli mordacitas & acrimonia, qua identidem Baroniam, aliosque Ecclesiasticos Scriptores impugnavit irritique, tantummodo in causa fuisse Eminentissimis Cardinalibus, cur ad sui libri proscriptio-nem processerint. XLIII. Simeon, qui Christum infantem in ulnas suas excepit, non fuit Sacerdos, sed vir *Laicus*. XXXIII.

T

Tabella celebres Christi, ejusque Matris, quae Divi *Lucæ* nomine circumferuntur, non ab eodem fuere depictae, sed a pio quodam quinti saeculi Heremita, cui *Lucas* nomen erat. XXXIV.

V

Veronica. Hoc nomen originative graecum, non hebraicum, tributum fuit Christi faciei sudario impressae, non mulieri sudarium praebenti, idemque Christi imagine insignitum recipienti. XXXVI.

FINIS INDICIS RERUM.

HISTORIA FAMILIÆ SACRÆ

EX ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLECTA

AB

ANTONIO SANDINO

EJUSQUE POSTUMIS CURIS

Retractator, & auctor.